



6. 5  
M. Erici Mülleri, alias  
Wolberti, Schola veteris  
Hildesiae.

RECTORIS

# REFUTATIO

*absurda ac injuriosa*

## DISCUSSIONIS

DE ANALYSI LOGICA,

M. Statij Buscheri, Pastoris

Hannov.

F. 6997



HILDESIAE  
Typis Joachimi Gösselij  
M. DC. XXXVI.



# Thesis I.



si ex Aphorismis meis ad Tabul.  
Rhet. & ex Responsione ad Disqui-  
sit. Buscheri satis liquet, Topicis illis  
locis vel argumentis Invent. sive in  
textu sive extra textum aliquem  
collocentur, thema seu summam illi-  
us ostendi non posse, tamen quum

Buscherus omnia manibus pedibusq; obnixè faciat, non ut  
veritas vincat, quemadmodū debet, sed ut errores su-  
os analyticos palliet, usq; imperita iuventuti imponat, ve-  
ritatis asserenda causa, negotium illud analyticum aliis  
nonnihil ordiemur.

2. Includemus autem ipsum sequentibus membris,  
idē pro instituti nostri ratione breviter. 1. Quum ad  
Logicam Analyses istas pertinere velit, paucula quedam  
de natura Logica pramitemus. 2. Considerabimus,  
an Conversio Enunciationum, Reductio syllogismorum  
& doctrina Modalium sint inanes subtilitates ac futili-  
tates, quemadmodum Disquisitio & Discussio loquun-  
tur. 3. Quo sine observata Topica, & quid sit argu-  
mentum Topicum juxta veteres. 4. Quomodo Ramus  
argumentum definiat, quodq; ista Definitio ex ipso Ra-  
mo evertatur. 5. Num illi loci Top. ut à Ramo tradun-  
tur, ad finem Logica faciant. 6. Num ille, qui è verbis  
textus in scripto aliquo istos locos sive argumenta Invent.  
monstrat, dicatur resolvere Logicè. 7. Num istis locis  
Top. textus aliqui possit declarari ac thema monstrari.  
8. An  $\sigma\chi\epsilon\omicron\iota\varsigma$ , seu affectio mutua rerū, loco thematis re-  
cte substituatur à Suario, eod quod thema, summam, argu-  
men-



mentum epistole, orationis &c. synonyma afferit lib. 1.  
Instit. Log. c. 2. 9. Num ex his illa loci Top. non-  
stratur, an verò verbū textus. 10. Respondetur ad non-  
nulla istius impure Discussionis, quæ quidem verbo digna  
visa fuerunt. De nugis, quæ non tetigi, ut & Loci Com-  
munibus, quibus nusquam non ineptè chartam implet,  
itemq; de iis, q̄ nihil ad rem faciunt, iterū gratulabimur  
Ramistæ veritati, ut p. 9. & 10. Discusfecit. 11. Ultimū  
membrū exhibet nonnullos ex mediū terminis, id est in-  
iurioses verbi, quibus in Discus. & Disquisit. certavit.

I.

3. Quum veritas, quæ mentis humana perfectio est,  
in paucis, utpote primis principiis & objectis sensuum,  
patet; in cæteris variè abscondita sit, omnino opus fuit  
instrumento aliquo, quo abdita veritas sine errore eru-  
retur dextrèq; intellectui ostenderetur, illudq; communi-  
ter appellatur Logica.

4. Tria autem in Logica consideranda veniunt  
1. FINIS 2. OBJECTVM 3. INSTRUMENTA sive  
MEDIA ad finem eum ducentia. FINIS Logica, ut  
dictum, est veritas: in veritatis enim investigatione in-  
tellectum dirigit Logica, ne ibi hallucinetur. OBIE-  
CTVM sunt res dubia: in manifestū enim Logica opus  
non est. Sed objicitur cap. 3. Centonū German. p. 95.  
Haben die auctores vernunftig von einem Dinge  
geschrieben, so muß sich auch ja die Vernunftkunst  
Logica darin sehen lassen. Itemq; lib. 1. Instit. Logie.  
t. 1. Consect. 4. Usus Logicæ tam latè patet, quam  
usus humanæ rationis. Hisce redditur ratio, quare &  
Ramisti boni scriptores Loci Top. seu argumentū istū  
Invent. tam misere excarnificantur. Veram in ipso statuit  
limine



limine impingit Buscherus, dum opinatur tam latè pate-  
re Logicam, quàm usum rationis, seu intellectum nihil o-  
perari posse, nisi auxilio Logica. Sanè ut prima principia,  
tam theoricæ, quàm practicæ intelligat, non habet ratio à  
Logica, quemadmodù etiam, ut ideas rerum concipiat;  
quæ ratio humana sermones omniù generis instruit, in-  
telligit absq; Logica, ut experientia docet. Et quæso,  
quid Terentio, Plauto, Virgilio, Ciceroni, Livio, Plutar-  
cho, &c. in manifestis narrationibus cum Logica? Non  
credo Discussionis autorem statuere, illos scriptores sine  
intellectu narrasse. Caterùm in abusum illum locorum  
Topic. postea diligentius, Deo juvante, inquiremus.  
Obiectum igitur Logica constituunt res dubie.

§. Loco rerum dubiarum è Metaphysicis decem  
summa Genera sumuntur breviterq; ac quantum ad fi-  
nem Logica satis est, explicantur. Quum enim compen-  
diù pane sint omnium rerum ( sola Transcendentia ex-  
cipiuntur ) decem Pradicamenta, Logica studiosus pri-  
mùm isto modo subjecti vel objecti sui gustum quandam  
consequitur: secundò rerum distinctiones discit, quibus  
nullatenus carere potest: quam diu enim quis hanc rerum  
divisionem ignorat, tam diu non solum infelicitè ac ca-  
lamitosè disputat, sed vix quicquam percipere rectè valet.  
Et quum Logica solu fere prædicationibus ac Enunciatio-  
nibus finem suum, nempe inquisitionem veritatis, obti-  
neat, prædicamenta ea ratione docentur adeoq; debent  
in Logica, ut prædicata in Enunciationibus naturaliter  
fieri possint. Istos modos prædicandi naturales, quia  
maximè ad finem Logica faciunt, Pradicabilia exhibent.  
Reliquas utilitates vide apud Malchum Por-  
phyrium.



6. Doctrinam illam Pradicabilium Antepredica-  
menta adhuc perficiunt, quia 1. vera Genera à non ve-  
ris Generibus discernunt, dum Equivoca, Analogæ &  
Univoca explicant. 2. ostendunt, quadam mutato ca-  
su, quadam non mutato casu predicari. 3. Quadam  
complexè, quadam incomplexè dici &c. 4. Quadam  
mediate, quadam inmediate enunciari. Deniq; ne quid  
ad subjecti declarationem desit, explicatio quorundam  
terminorum, quorum in Pradicamento mentio facta  
fuit, subnectitur, perfunctorie tamen: Alias Oppositio  
terminorum, Prius, Simul, Habere ad Metaphysicam  
pertinet, Motus ad Physicam.

7. Ad eum modum preparato Obiecto succedunt  
MEDIA seu INSTRUMENTA, quæ inserviunt vel eru-  
endo ac significando vero, vel proponendo ipsum alijs. Er-  
uenda veritati destinatus syllogismus & quæ eò perti-  
nent: Ordo, Definitio & Divisio eidem veritati  
commode tradenda ancillantur. Interim syllogismi  
cura in Logica est primaria: Ordinis, Definitionis &  
Divisionis, secundaria.

8. Syllogismus postea dispescitur in duas partes,  
Formalem & Materialem, à se invicem distinctissimas:  
nam Formâ optimâ, pessimus tamen esse potest syllogis-  
mus in Materiâ, & vice versâ. Et quoniam æquivalen-  
tia seu interpretatio animi conceptus evulgar, Aristoteles ut  
rem è suis principiis more suo arcesseret, de Nomine &  
Verbo, utpote de minima seu simplici interpretatione  
hoc loco egit, unde postea consistit illa interpretatio, quæ  
supposita vera aut falsa denominat, diciturq; interpreta-  
tio composita sive Enunciatio. Enunciationes illæ di-  
viduntur in Simples & Compositas: Simples deinde



in absolutas seu de inesse & Modales. Composita Enunciaciones sunt Copulativa, Disjunctiva & Condicionales: Affectiones Enunciacionum sunt Quantitas, Qualitas, Finitas, Infinitas, Oppositio, Equipollentia & Conversio &c.

9. Illa ita exposita excipit doctrina Syllogismorum; ubi post Definitionem Syllogismi DICTVM de OMNI & DICTVM de NVLLO, principia illa naturalia concludendi, proponuntur, ex quibus omnis legitima consequentia dependet: deinde explicantur Figura Syllogismorum, Modi Figurarum, syllogismi absoluti, Modales, Compositi, Rationes confirmandi legitimam consequentiam. Deniq; imperfecte argumentandi forma traduntur; sicq; pars Formalis concluditur.

Pars Materialis syllogismi pro diversitate materieru, scientifica nimirum & probabilis, tribuitur in Apodicticen & Topicen: nam plurimum materiae istae sive rationes terminorum differunt, ut postmodum fusius explanabitur. Deniq; ne aliorum sophismatis, quae veri speciem habere videntur, decipiamur, in fine de Elenchis sophisticis agitur. Haecq; fere est summa eorum, quae in Logicis traduntur: quae summa Logica nostra si conferatur cum illa, quam adversarius in Centone German. cap. 11. p. 152. & seq. fecit, apparebit, quam ridicule & propè sine omni intellectu ibi scripserit.

10. Quum verò in eiusmodi disciplina, quae subiectum operationis habet, uti haec, omnia ex fine illius dependeant modumq; considerandi inde accipiant, adeò ut nihil ibidem tradi debeat, quod illum non respicit, finis iste usq; sit in oculis. Inde enim ratio redditur, quare Oraciones Optativæ, Interrogativæ, Vocativæ,



divæ Imperativæ, itemq; nonnullæ compositæ,  
quæ comparationis seu Relationis nominant, è  
Logicis efficiantur, nempe quia ad finem Logica, qui ve-  
ritas est, nihil faciunt. Ut autem istæ orationes è  
Logicis eliminantur, ita etiã omnes ea forma syllogistica,  
in quibus falsa conclusio ex veris præmissis colligitur, idq;  
ob eandem rationem.

## II.

Cum inter instrumenta illa Logica, quæ nobis istum  
finem præstent, & quidem in parte Formali, continean-  
tur Conversio Enunciationũ, Reductio syllogismorũ &  
doctrina Modalium, Antagonista in Disquis. pag. 113. &  
114. & Discuss. pag. 75. ut suum erga studium verita-  
tis animum probet, ea instrumenta veritatis vocat in-  
anes subtilitates & futilitates. Humanis lector, si instru-  
mentum veritatis, quod est Logica perfectum esse debet,  
nonne omnes eruendi veritatem rationes explicet?  
Imo cum eo sine Logica observata, ut in obscuris ac du-  
biiis mentem nostrã dirigat, ne à veritatis tramite aber-  
ret, profecto instrumenta subtiliora & in quorum usu  
facilior est lapsus, præ aliis notanda fuerint, ne ignorantia  
illorum veritatis inquisitioni obstet. Sed ab istâ calu-  
mniã ipsa hæc instrumenta ex Logicis huc apposta facile  
se se vindicabunt. Sequitur ergo de Conversione.

12. Conversio Enunciat. est cum ex subiecto  
Enunciationis fit prædicatum & ex prædicato subiectum  
ut: Nullus homo est lapis, Nullus lapis est homo.  
Prior, quæ convertitur, dicitur conversa, posterior, in  
quam convertitur, convertens.

13. Conversio ea est triplex, simplex, peracci-  
dens & per contrapositionem.

A 4

14. Sim-



14. Simplex conversio est, quum ex subiecto fit predicatum & ex predicato subiectum, manente eadem quantitate & qualitate enunciationum. Ita convertitur Universalis negans ut: nullus equus est canis, nullus canis est equus; & particularis affirmans ut: Quidam homo est doctus, quoddam doctum est homo.

15. Conversio per accidens est, quum convertitur enunciatio ita, ut maneat eadem qualitas, sed mutetur quantitas. Sic convertitur universalis affirmans in particularem affirmantem ut: Omnis homo, est animal, quoddam animal est homo.

16. Conversio per contrapositionem est, cum ita enunciatio convertitur, ut ex finita affirmante fiat infinita negans, vel ex finita negante infinita affirmans. Hoc modo convertuntur universalis affirmans & particularis negans. Universalis affirmans finita convertitur in universalem negantem infinitam infiniti subiecti ut: Omnis equus est substantia, E. Quicquid non est substantia, non est equus. Particularis autem negans finita finiti predicati in particularem affirmantem infiniti subiecti ut: Quidam homo non est doctus E. quoddam non-doctum est homo.

17. Conversionis utilitas ac necessitas contra hunc Ramistam sic ostenditur. Quum diverse sint Enunciationes, omnium autem non idem convertendi modus, sicut monstratum, adeo ut facile hic cuiquam imponi possit ac fieri, ut quis alienam enunciationem pro sua cogatur defendere, modi illi conversionum ab eo, qui veritatem recte inquirere vult, ignorari sine dispendio veritatis nequeunt. Ratiocinamur enim hic ita: si Conversa est vera, convertens quoque vera est, si falsa est convertens, falsa



falsa est etiam conversa. v. g. dicas omnes veræ  
virtutis actiones esse cum voluptate conjunctas  
aliquis autem e familia Epicuri ita eam formet, quic-  
quid cum voluptate est conjunctū, veræ virtutis  
est actio, agnoscesne hanc pro vera convertente & sic pro  
tua, an dicas male illam in hanc esse conversam, eo quia  
conversa verâ, convertens falsa est? absq; dubio posterius  
dices, si verum dices: quomodo autem id dices, quando  
hanc doctrinam ignoras?

18. Et cum Ramus ipse Catholici axiomatū conver-  
sionem veram & legitimam esse fateatur lib. 2. Schol.  
Dial. c. 1. idemq; Statius lib. 2. Institut. Log. cap. 3. & 12.  
prober, quo jure è logicè eicitur conversio à Ramistis?  
Profecto si tota Enunciationum conversio est sophistica,  
Conversio quoq; Enunciati tertiæ legi, quam sapientia  
vocant Ramei, sophistica erit: vel si nihilominus conver-  
sio illa Enunciati tertiæ legi non est Sophistica, sequitur  
quandam conversionē esse conversionē & non esse conver-  
sionem ita:

Omnis conversio est sophistica

Quædam conversio non est sophistica

Est quædam conversio non est conversio.

Præterea ostendat Statius, quando hæc universalis negans  
Nullus homo est lapis, Nullus lapis est homo  
simpliciter convertitur, quare ista reciprocatio in negante  
sit vitiosa, in affirmante autem hac Omnis homo est  
rationalis, Omne rationale est homo non sit vitio-  
sa &c.

19. Conversio ista Enunciationum deinde vel ma-  
ximè necessaria est ad demonstrandū syllogismos secundæ  
& tertiæ figura, quomodo ex naturali luce Dicitur de omni



de nullo dependeat, cum consequentia earum haud paulo obscurior sit in illis, quam in prima figura: nam prima Figura non solum habet illationis necessitatem, ut secunda & tertia figura, sed etiam evidentiam necessitatis illius.

20. Quod ut eò rectius percipiatur, fundamenta seu principia omnis bonæ conclusionis breviter e Logice huc apponemus. Sunt autem, ut liquet, duo: Dictum de omni & Dictum de nullo.

21. Dictum de omni est: Quicquid dicitur de omni, hoc etiam dicitur de cunctis, quæ sub illo continentur, ut: Omnis homo est animal. Omnis Germanus est homo. Ergo omnis Germanus est animal. Hic in maiori propositione animal predicatur de Omni homine, Ergo necessario etiam de Germano, qui sub homine continetur.

Dictum de nullo est: Quicquid removeretur ab omni, removeretur etiam de cunctis, quæ sub illo comprehenduntur, ut:

Nullus homo est lapis

Omnis Italus est homo.

Ergo Nullus Italus est lapis.

Hic lapis in maiore propositione removeretur de omni homine, Ergo necessario etiam de Italo, quia Italus sub omni homine comprehenditur.

22. Dictum de omni est fundamentum omnium syllogismorum affirmantium: Dictum de nullo est principium ac fundamentum omnium syllogismorum negantium. Hæc, dicta ad eam evidentiam sunt, ut pro monstro sit, quæ in dubium vocare velit.

23. Tres autem sunt Figurae syllogismorum, quæ  
oti-



orientur à triplici dispositione medii termini. Aut enim  
Medius terminus est subiectum in maiore propositione &  
predicatum in minore seu assumptione & dicitur prima  
Figura: aut idē Medius terminus est predicatum in utraq;  
premissarū, & est secunda Figura: aut deniq; est subiectū  
utrobiq;, & est tertia Figura. Quarta Figura reicitur,  
quia principia ea naturalia concludendi perturbat.

24. Singula ista Figura suos habens Modos, qui  
negligi non debent ab inquisituro veritatem. Suntq; in  
Prima Figura: Barbara, Celarent, Darii, Ferio: In  
secunda Fig. Cesare Camestres, Festino, Baroco:  
In tertia Fig. Darapti, Felapton, Disamis, Datisi,  
Bocardo, Ferison.

25. Lux ea Dictorum de omni & de Nullo, ut syl-  
logismos secunde & tertia figura illuminet, necesse est, uti  
ad primā Figurā reducatur, in quā illa dicta actu radiat,  
cum in ceteris Fig. saltem potentiā esse inveniuntur: idq;  
quando fit, cum medius terminus medio, hoc est suo loco  
collocatur maximeq; apparet, quomodo maiorem & mi-  
norem terminos consingat, quāq; conjungendi vel dis-  
jungendi ipsos facultatem habeat.

26. Proinde syllogismi, qui nulla evidentiā in-  
digent ad veritatis ostensionem, jure preferuntur iis, qui  
aliū remediū, ut eorum consequentia liquido appareat,  
opus habent.

27. Ex hoc fundamento prima Figura syllogismi  
perfecti appellantur, secunda & tertia Figura syllogis-  
mi, imperfecti. perfectio prima figura etiam inde  
cognoscitur, quia in omni qualitate & quantitate  
concludit, id est construuntur hic syllogismi affirman-  
tes, negantes, universales, particulares, cum in  
secun-



*Secunda Figura tantum negantes formentur, in tertia Fig. solummodo particulares.*

28. *Reductio ea est duplex: Ostensiva & per Impossibile. Reductio ostensiva fit per propositionum Conversionem vel transpositionem, manente eadem Conclusionem, vel eius convertente: qua Reductio precipue attenditur: nam ea, qua per Impossibile est, ostenditur auntaxat certitudo consequentia, potissimum secunda & tertia figura.*

29. *Reductio ostensiva ut expedite fiat, observandae sunt in modis Figurarum Consonantes initiales, mediae & finales. Initiales sunt 4. B. C. D. F. & ostendunt, ad quem modum primae figurae, syllogismi secunda & tertia figurae reducuntur, nempe Cesare & Camestres ad Celarent; Darapti, Disamis, Darisi ad Darii; Festino, Felapton, Ferison ad Ferio.*

30. *Excipiuntur hic Baroco & Bocardo: Baroco reducitur ad Ferio Conversione maioris propositionis per contrapositionem ut:*

*Omnis homo est animal*

*Quoddam corpus non est animal*

*E. quoddam corpus non est homo.*

*Hic syllogismus est in Ferio, quando maior propositio per contrapositionem convertitur ita:*

*Quod non est animal, non est homo.*

*Quoddam corpus non est animal*

*E. quoddam corpus non est homo.*

*Bocardo reducitur ad Darii transposita minore in locum maioris & conversa per contrapositionem maiore & conclusionem, ut:*

*Qui-*



Quidam homo non est doctus

Omnis homo est animal

E. quoddam animal non est doctum.

Minor in reductione fit maior, deinde maior & conclusio  
convertuntur per contrapositionem ita:

Omnis homo est animal.

Quoddam non doctum est homo.

E. quoddam non doctum est animal.

31. Ista vero ratio reducendi *ostensivè* Modos  
hoscè Baroco & Bocardo observata est primum à recen-  
tioribus, cum antea ab Aristotele eiusq. interpretibus per  
impossibile reducerentur: nam aiunt, nisi syllogismi re-  
ducantur *ostensivè*, non posse in iis demonstrari vim con-  
sequentia ex Dicto de Omni & Nullo. Mediæ & fi-  
nales consonantes sunt S, P, M. Inter quas S. notat  
conversionem simplicem, P. conversionem per accidens,  
M. Metathesin seu propositionum transpositionem. De-  
inde observandum, eas Consonantes semper apponendas  
esse vocali antecedenti.

Sic: 1. Ces Nullus homo est lapis.

re Omnis silex est lapis.

vent E. nullus silex est homo.

Iste syllogismus reducitur ad Celarent: id enim indicat  
litera C initialis. Cum verò in maiori sit S conso-  
nans media, ea propositio simpliciter convertitur, ut:

Ce Nullus lapis est homo.

la Omnis silex est lapis.

vent E. nullus silex est homo.

2. Cam Omnis homo est animal

es Nullus lapis est animal

eres E. nullus lapis est homo.

Hic



Hic syllogismus iidem reducitur ad Celarent: illud enim monstrat initialis Consonans C: Maiorem propositionem esse loco minoris & minorem loco maiora ponendam id notat media consonans M. Deinde reliquas propositiones simpliciter converti, indicat S, ut:

- Ce Nullum animal est lapis  
la Omnis homo est animal  
rent E. Nullus homo est lapis.  
3. Da Omnis homo est animal  
rap Omnis homo est substantia  
ri E. quaedam substantia est animal

Hic D. litera initialis Modi, ostendit ad Darj syllogismum eum reducendum esse, quod sit, si minor convertitur per accidens, ipsumq; notat Consonans P. ita:

- Da Omnis homo est animal  
ri Quedam substantia est homo  
i E. quaedam substantia est animal.  
4. Dis Quidam homo est doctus  
am Omnis homo est animal  
is E. quoddam animal est doctum.

Hic D. litera initialis vult, eum syllogismum reduci ad Darj, M. media consonans notat, minorem esse ponendam loco maiora & maiora loco minoris; deinde S. Maiorem & minorem simpliciter converti, ita.

- Da Omnis homo est animal.  
ri Quoddam doctum est homo.  
i E. quoddam doctum est animal.

Et sic in reliquis secunda & tertia Figura syllogismorum eorumq; Reductione ad primam figuram procedendum.

32. Ita fuit ostensiva Reductio: sequitur paucis de Reductione per impossibile. Reductio per

im-



impossibile fit, dum ex contradictoria conclusioni & altera præmissarum syllogismi imperfecti, præcipue secunda & tertia Figura, colligimus in prima Figura (ob evidentiam, qua ibi est) contradictoria vel contrariam alterius propositionis ab adversario concessæ.

33. Illud fit, quando præmissa quidem conceduntur, sed consequentia reprehenditur, ad asserendam formam. Sciendum autem ubi contradictoria conclusionis ponenda fit. In secunda Figura ea ponitur loco minoris propositionis; in tertia Figura loco maioris. Exempla rem hanc declarabunt. Argumentator in secunda Figura & quidem in Cesare ita:

Nullus lapis est animal

Omnis homo est animal

E. nullus homo est lapis.

Dicat aliquis se præmissas quidem concedere, sed consequentiam negare. Ibi ad consequentiam illam præbandam, ita procedo: si ea conclusio non sequitur ex præmissis illis, sequetur eius contradictoria, qua est: quidam homo est lapis. Ista deinde posita loco minorum, producit conclusionem, qua alteram præmissarum concessarum subvertit, ita:

Nullus lapis est animal

Quidam homo est lapis

E. Quidam homo non est animal.

Hæc contradictoria quidam homo non est animal subvertit illam Omnis homo est animal. Evincitur igitur, recte stetit præteritam conclusionem cum illis præmissis, adeoque formam illam esse bonam.

In tertia Figura & quidem in Mode Darapti fit eiusmodi syllogismus:

Omnis



Omnis homo est animal  
Omnis homo est substantia

E. quaedam substantia est animal

Hic si forte dicat, qui cū d' spuat, pramissas se concedere quidem, sed accusare consequentiam: tu ut consequentiā probes, regeres, si ea conclusio non sequitur ex illis pramissis, sequetur eius contradictoria, qua est Nulla substantia est animal.

Ista dein collocata loco maioris efficit cum minore conclusionem, qua alteram pramissarum subvertit, ita:

Nulla substantia est animal

Omnis homo est substantia

E. Nullus homo est animal.

Hic nullus homo est animal subvertit in priori syllogismo istam, Omnis homo est animal idq̄ contrariē, unde facile est concinnare contradictoriam: ostenditur ita, rectē sterisse priorem conclusionē cum istis pramissis, adeoq̄ formam illam fuisse bonam. Hactenus de Reductione: sequitur de Modalibus.

34. Modalis Enunciatio est, qua rem dicit esse vel non esse cum certo modo. In Enunciatione Modali habenduratio & Dicti & Modi. Dictum appellatur in enunciatione, quod reliquum est prater Modum. Modus est determinatio quadam compositionis Dicti in quantum compositio est, aenotans specialem habitudinem extremorum ad se invicem.

25. Tales Modi sunt 4. Necessse, Possibile, Contingens Impossibile. Sic in hac Enunciatione: Necessse est omnem hominem esse animal. Necessse est, Modus est, Omnem hominem esse animal, Dictum est.

36. Affe-



36. Affectiōnes Enunciatiōum Modalium sunt :  
Qualitas, Quantitas, Oppositio, Equipollentia  
& Conversio, ut in Enunciatiōibus absolutis.

37. Qualitas dicit affirmatiōem & negatiōem.  
Affirmans Enunciatio Modalis est, quando Modus affir-  
matur, ut : Necessesse est, nullum hominem esse e-  
quum : Negans, quando Modus negatur ut : Non Ne-  
cessesse est, quendam hominem esse doctum.

38. Quantitas dicit Vniuersalitatē & Parti-  
cularitatē Enunciatiōis. Sic Enunciatio Modalis  
uniuersalis est, quae Modum habet uniuersalem; particu-  
laris, quae Modum habet particularem. Intelligitur au-  
tem quantitas temporis. Modi autem Vniuersales sunt,  
quae omne tempus sive ponunt sive tollunt, ut : Necessum  
est, impossibile est; Particulares Modi sunt, qui aliquod  
duntaxat tempus sive ponunt sive tollunt, ut : Contingit,  
Possibile est, &c.

39. Oppositio Enunciatiōum Modalium est  
triplex: Contradictoria, Contraria, & Subcontra-  
ria. Contradictoria Modales sunt, quae Modos eodē  
contradictentes & Dictum unū idēq; habent, ut :

Necessum est, Platonem esse hominem  
Non Necessum est, Platonem esse hominem.

40. In Contraria Oppositione Modus requiritur  
Vniuersalis; in Subcontraria Modus particularis. De-  
inde accuratē Dicti ratio habenda. Dictum est vel sin-  
gulare vel commune. De Dicto singulari contrariae  
sunt, quae ex Modo Vniuersali & Dicto Contradictente  
constant, ut :

Necessesse est, Platonem esse animal  
Necessesse est, Platonem non esse animal.

B

Sub-



*Subcontraria de Dicto singulari sunt, qua ex modo particu-  
lari constant & Dicto contradicentibus, ut :*

Possibile est, Petrum ambulare

Possibile est, Petrum non ambulare.

41. *De Dicto communi Modales vel habent Modum Necessesse est, vel aliquid ex reliquis tribus. Dicta, qua Modum Necessesse est, habent, sint vel contradicentia vel contraria, nunquam subcontraria. Ita contraria sunt ex Modo Necessesse est :*

Necessesse est, Omnem hominem esse animal

Necessesse est, quendam hominem non esse animal.

Necessesse est, omnem hominem esse animal.

Necessesse est, Nullum hominem esse animal.

*Dicta ceterorum Modorum sint vel contradicentia vel subcontraria, nunquam contraria. Sic contraria sunt :*

Impossibile est, omnem hominem esse lapidē

Impossibile est, quendam hominem non esse lapidē.

Impossibile est, quendam hominem esse lapidē

Impossibile est, quendam hominem non esse lapidē.

*Subcontraria sunt, ut :*

Possibile est, quendam hominem esse doctum

Possibile est, quendam hominem non esse doctum.

Possibile est, quendam hominem esse doctum,

Possibile est, Nullum hominem esse doctum.

42. *Eadem regule hic valent, qua in absoluto, nempe 1. Contrarias Enunciations non posse simul esse veras, sed in materia contingenti posse simul esse falsas 2. subcontrarias non posse simul esse falsas, sed in materia contingenti simul veras. 3. Contradictoria una necessario unam esse veram, alteram falsam.*

43. *Equipollentia duo requirit 1. Ut Modi sint ejusdem quantitatis. 2. ut Dicta ex possibili,*



Contingenti & Impossibili sunt eadem inter se, contradi-  
cant autem Dicitur ex Modo Necessesse est: Inde sine nego-  
tio quatuor illa  $\epsilon\upsilon\zeta\upsilon\gamma\iota\alpha$  apud Aristotelm formari  
possunt.

44. *Conversio* Modalium eodem modo, quo abso-  
lutarum Enunciationum, peragitur. Et hic ferè solus  
Dicitur in considerationem venit. Sic simplex conver-  
sio est in hisce:

Necessesse est, nullum lapidem esse hominem.

Necessesse est, nullum hominem esse lapidem.

Possibile est, quendam hominem doctum.

Possibile est, quoddam doctum esse hominem. &c.

45. *Enunciationes* Modales structura syllogi-  
smi Modalis excipit. Modales autem syllogismi sunt  
vel puri vel Mixti: Puri sunt in quibus unus idemq;  
modus retinetur in omnibus propositionibus, ut:

Necessesse est, omne animal esse substantiam

Necessesse est, omnem hominem esse animal

Ergo Necessesse est, omnem hominem esse substantiam.

46. Mixti deinde miscentur vel à Modalibus  
vel à Modalibus & absolutis sive de inesse. Mixtus è  
Modalibus hic est:

Necessesse est, omnem Philosophum esse doctum

Contingit Petrum esse Philosophum,

Ergo Contingit Petrum esse doctum.

Syllogismus mixtus è modalibus & absoluta est iste:

Necessesse est omnem Philosophum esse doctum.

Petrus est Philosophus.

¶ Necessesse est Petrum esse doctum.

47. Cum deinde Modales puri & mixti illi, suas ob-  
servationes habeant, praesertim in secunda & tertia



Figura, ne violentur Dicta de Omni & Nullo, principia ea naturalia concludendi, ut videre est hic apud Aristotelem, quomodo non habebit & turpissime se dabit responsurus ad ejusmodi syllogismū, si nesciat, verene an falso inferatur conclusio ex praemissis. Et tantum quoq; de Modalibus. Quid ergo? Quemadmodū sol geminus non est, neq; Thebae sunt geminae, licet furenti Pentheo videantur: ita neq; ista instrumenta Logica inanes subtilitates & futilitates sunt, licet istiusmodi esse stupor Analytici nostri credat. Infero verbi Analytici ita:

Qui nihil demonstrat, sed meras calumnias dicit, non stolidus tantum & ineptus disputator, sed impius etiam & malitiosus calumniator & Diabolus jure merito audit.

At Statius illa instrumenta è Logicis reiiciens, nihil demonstrat, sed meras calumnias dicit.

E. Statius illa instrumenta è Logicis reiiciens, non stolidus tantum & ineptus disputator, sed impius etiam & malitiosus calumniator & Diabolus jure merito audit.

Maior est Statio p. 13. Discuss. Minorem probat Discussio & Discussio ista: nam praeter calumnias, quas supra inde apposui, nulla ratio affertur, cur haec instrumenta è Logicis exterminentur.

Ramus lib. 3. Schol. Dial. cap. 12. scribit de artificibus Mechanicis, eos artificis nomine ( verba sunt Rami ) indignos judicari, nisi difficillimum quodq; & aliq; gravissimum artis, non dico praecipuum memoriter recitare, sed opus in promptu facere atque exhibere valeant. Hac Ramus. Colligat inde de nostro artifice humanis. Lector caetera, qui in Ecclesia ac scholas hodie censurā, sine populi tamen suffragio, sibi sumpsit.



III.

48. Verum cum nobis modo de analysi sermo sit, que sit à Ramistia applicatione Locorum Topicorum seu argumentorum Invent: ad textum aliquem, pauca quaedam ad institutum nostrum facientia de Locis ex sententia veterum premittemus, ut eò rectius nuge illa Ramistica conspici possint. Duplex autem materia Logico subternitur, una, que nata est, ut scientiam pariat, altera, ut non nisi opinionem gignere possit; duplex illud genus materia duplicem nobis considerationem Syllogismi materialis peperit. prior Syllogismus cum in subiecto aeterno ac immutabili versetur deq; eo per primas ac immediatas causas proprias affectiones ostendat, Apodicticus sive Demonstrativus vocatur: Posterior, cum circa materiam contingentem, instabilem, inconstantem occupetur & qua conditiones illas, quàs Demonstratio requirit, non admittit, appellatur Topicus.

49. Sic Topicus Syllogismus nobis opitulatur, ubi Demonstrationes haberi nequeunt: si n. omnium rerum Demonstrationes darentur, Syllogismo Topico opus non esset. Quando igitur questio aliqua occurrit dubia seu controversa, cujus natura à *ἀποδεικτικῆ* illa Demonstrationis respuit, convertimus nos ad Topicum & consideramus, quomodo ea questio ex communibus & generalibus principiis confirmari vel infirmari possit, ut si non perfectam, aliqualem tamen proposita questionis cognitionem nobis comparemus.

50. Illa principia seu argumenta Loci Topici subministrant, indeq; sedes argumentorum appellantur. Argumenta autem dicuntur probabilia inventa ad faciendam fidem, vel probabilia principia ad questionem dubi-



dubiam vel confirmandam vel refutandā ē *Locis de-*  
*prompta.*

§1. Et quoniam *Topicus* non adequatis ac immédia-  
tis principiis, sed communibus, ut dictum, utitur, non nisi  
tò óti: sive rem esse, monstrare potest: cur res sit, dicere,  
vires illius prorsus superat. Cum verò ita communia  
sint ea principia & multis modis variant in particulari-  
bus, facile fieri potest, ut applicentur, quibus nō debebant  
aut non ita, quemadmodum debebant, idcirco cautē hic  
procedatur & rectē antē examinentur illa principia, q̄  
ais utaris; quod fieri nequit, nisi cognitum tibi sit, ex qua  
disciplina quodq; desumptum sit. Ducitur ex loco *To-*  
*tius* ejusmodi principium: Sublatā parte, tollitur  
*Totum*, quod de *Toto* *Essentiali* verū est: etenim, si vel  
corpus vel anima, hominis tollatur, homo subsistere am-  
plius nequit. De *Toto* autem *universalis* falsum est, quia  
licet hominem tollas, animal tamen superesse potest in  
aliis speciebus. Naturam itaq; *Totorum* in *Metaphysicis*  
didiceris necesse est, qui *Topica* principia inde sumpta sine  
errore adhibere vult.

§2. Sunt autem discipline universales tres, quibus  
*Topico* *Locos* mutuatur, qui deinde in omni disputatione  
principia generalia subministrare possunt: Grammatica  
*Logica* & *Metaphysica*: ē Grammaticis sumit *Coni-*  
*gata* & *Casus*, *Notatione* sive *Etymologia* &c. ē *Logicis*  
habet, *Genus*, *Speciē*, *Differentiā*, *propriū* & *Accidens* &c.  
ē *Metaphysicis* *Causas*, *Effecta*, *Relata*, *Totū*, *Partes* &c. &  
q̄si artificialibus argumentis destituitur, ad in artificiale  
confugit ac ab autoritate seu Testimonio auxiliū petit.

§3. Ex quo patet, *Topicum* de locis secundariò dum-  
taxat agere, nempe quatenus probabilia inde sumere pos-  
sit



fit principia sive argumenta ad dubiam questionem vel  
confirmandam vel refutandam.

III.

§ 4. Ex hac doctrina longè utilissima Ramus  
monstrum fecit in solas terras deportandum. Etenim  
veris argumentis. q̄ Locis iis in genuinâ Logicâ contine-  
bantur, rejectis, sedibus seu Locis argumentorum suos  
armavit: perinde fecit ac si dux belli exercitum in hostē  
aduceres ac remotis gladiis ac sagittis, iuberet eum vagi-  
nis ac pharetris pugnare.

§ 5. Piscator in animadvers. suis ut naturam suo-  
rum argumentorum exponat, duplicem questionem fa-  
cit: simplicem & conjunctam. Simplicem dicit declara-  
ri absq̄ syllogismo, conjunctam verò syllogismo demon-  
strari: rationes ad declarandum non nisi *κατὰ γενεσιν* ius  
argumenta nominari, cum non arguant hoc est sen-  
sentia dubia veritatem non monstrant. Ea q̄ argumen-  
ta nempe demonstrantia & declarantia, ratione usit-  
duntaxat distingui ait.

§ 6. Sed pergamus ad Ramū. Ramus argumentū est,  
q̄ ad aliquid arguendū affectū est, quales sunt singule  
rationes sola & p̄ se considerata. Obiter de his argumētis  
Ramisticis, prius q̄ progrediamur, quatuor in primis anno-  
tanda sunt. Primū est, q̄ Piscator scribit argumēta, q̄ rem  
declarāt, nō arguere: q̄ opinio si cū definitione argumēti  
Rami cōtēdatur, sequitur q̄ dā argumēta, nō esse argumēta,  
ita: Omnia argumēta ramistica disposita arguunt.

Quadā argum. Ramistica disposita nō arguūt  
E. q̄ dā argumēta ramistica disposita nō sūt argta.  
Major probatur definitione argumenti Rami. Minor est  
piscatoris: consequētia, quia bona est, reprehendi nequit.



57. Alterum est, Ramistas facere Locos istos sine discrimine notiones secundas. Certe de Causa, Effectus, Subiecto, Adiuncto, Diversis, Disparatis, Relatis, Adversis &c. falsissimum id est: quod ut deprehendatur, paucula de notionibus secundis earumq; natura hic repetemus.

58. Notio oritur ex cognitione nostra. Ea cognitio duplex est, directa & reflexa. Directa est, quæ apprehenditur res pro ut est, ut si concipitur equus, canis, homo, animal &c. hæcq; dicitur prima notio.

59. Reflexa cognitio est, quando mens super conceptum iam in mente existentem reflectitur, & considerat, an inde in Logicis quidam, ad veritatis inquisitionem subiectum vel prædicatum, maiorem, minorem, vel medium, terminos facere possit &c. vocaturq; secunda notio. V. g. homo, animal, corpus &c. considerantur in Logicis non quatenus sunt talia, id enim ad reales disciplinas pertinet, sed quatenus sunt vel Genera, vel Species, vel Subiecta vel Prædicata, vel maiores, minores, vel medii termini &c.

60. Sicq; secundas notiones non primario, sed secundario, rebus convenire constat, nempe ut mens hisce Instrumentis adiuta eò rectius ad veritatem perveniat. Absq; eo esset, & veritas ex prima apprehensione statim nobis innotesceret, nemo de secundis notionibus, adeoq; de tota Logica sollicitus esset.

61. Itaq; quæ notiones immediatè à rebus mente formantur, non sunt notiones secundæ, sed primæ. Causa, Effectus, Subiectum, Adjunctum, Diversum, Disparatum, Relatum, &c. immediatè à rebus mentè formantur. Ergo non sunt notiones secundæ, sed primæ. Maior propositio certa est à descriptione notionum primarum. Minorem ostend-



ostendunt ipsæ illæ res, à quibus formantur hæ notiones  
prima, quæ quidem ita comparata sunt, ut, licet num-  
quam concipiuntur mente, tamen Causa extra mentem  
sit Causa, Effectus sit Effectus, Subiectū sit Subiectū, Ad-  
iunctum sit Adiunctū, Diversum sit Diversum, Dispara-  
tum sit Disparatum, Relatum sit Relatum, Adversum  
sit Adversum, &c.

62. In notionibus autem secundæ res longè aliter  
se habet. Subiectū n. Enunciationis esse vel prædicatū,  
majorè, minorè, vel medium terminū in Syllogismo  
&c. non convenit rebus primariò aut quatenus tales  
sunt: Foret enim ut extra mentem subiicerentur, prædi-  
carentur, maiores, minores vel medij termini &c. fierent,  
& sic extra mentem complexa essent, quod est absurdissi-  
mum. Deinde etiam alterum sequeretur si de natura  
rei esset extra mentem vel subiici vel prædicari, ut ea  
res, quæ alicui subiiceretur in Enunciatione, nunquam  
esse posset ejusdem prædicatū, ut: Omnis homo est  
animal Ergo quoddam animal est homo. Quæ  
permutatio in notionibus primis, quatenus talibus, planè  
impossibilis est: numquam enim duo correlativa sunt in  
eodem subiecto, neq; fieri potest, ut relatum fiat correlatū,  
quemadmodum pater non potest fieri filius, cuius est pa-  
ter, &c.

63. Tertium est; quum argumentum Ramificiū  
sit notio secunda, quæro, quomodo notio secunda genus  
esse possit tam primarum, quàm secundarū notionū, cum  
genera univocè de suis speciebus dicantur. Etenim Con-  
jugata, Casus, Etymologiam, Genus, Speciem &c. notio-  
nes esse secundas, negari non potest: Causam verò Effectū,  
Subiectum, Adiunctum, Diversum &c. notiones primas



esse id modò monstratum est. Ego contra ineptias illas  
ita arguor: ensor:

Nulla notio secūda est gen<sup>o</sup> primarū notionū  
Argumentū Ramisticū est notio secunda. Ergo  
Argumentum Ramisticum non est genus pri-  
marum notionum.

Major liquet, quia genus est de essentia, notio autem se-  
cunda primis notionibus accidit. Iam verò partem es-  
sentialem primarum notionum dicere accidens, est absur-  
dissimum. Falsò itaq; arguens cum sit notio secunda,  
appellatur Locorū istorū genus generalissimum. Mine-  
rem propositionem ipsi Ramista concedunt.

68. Quartum est, cum argumenta Ramistica sint  
rationes singulæ, sola & per se considerata seu, ut Sta-  
tius id interpretatur, singuli termini, iterū quare,  
quomodo Comparata & Testimonia sub illa Definitione  
argumenti comprehendantur; an illa quoq; sint sin-  
gularitates seu singuli termini. absurde certe hoc affir-  
mabitur. Tale inde contra Ramistas surgit argumentū:  
Quæcunq; sunt complexa, ea definitione argu-  
menti Ramistici non comprehenduntur. Sed  
Comparata & Testimonia sunt complexa. Ergo  
Comparata & Testimonia Definitione argu-  
menti Ramistici non comprehenduntur.  
Maiores exhibet ipsa definitio argumenti; Minor  
tam diu vera erit, donec Comparata & Testimonia incom-  
plexa seu quæ uno simplici termino consistant, prosterint  
Ramei. Quod si nihilominus Comparata & Testimonia ar-  
gumenta sint, non est ea natura, essentia & ratio argu-  
mentū Topicorū, quæ singis Ramis, sed quæ res ipsa ostendit,  
videl. complexa, quæ est veterū Philosophorū sententia.

65. Con-



## V.

65. Consideremus nunc etiã num ii loci Topici  
sive argumenta illa Ramistica sint instrumenta  
Logica id est, num ad finem Logica faciant. Non fa-  
cere ad finem Logica ista argumenta, sic ostendo:

Quæ instrumenta sunt Logica, ea tantum  
veritatem spectant.

Nulla argumenta Ramistica veritatẽ tantum  
spectant. Ergo.

Nulla argumenta Ramistica sunt instru-  
menta Logica.

Major patet ex fine Logica, qui est veritas, qui finis  
certè non obtinebitur instrumentis magis ad falsitatem,  
quam veritatem facientibus. Minorem ipse Ramus  
lib. 4. Schol. Dial. c. 5. profitetur verã, ubi scribit, Cau-  
sas, Opposita ceteraq; Logicorũ argumentorũ genera non  
tantum Entis esse, sed etiam non-Entis, & tot modis, imò  
etiam pluribus Enunciationes falsas fieri, quàm veras.  
Conclusio igitur firma est, nulla videl. argumenta Rami-  
stica esse instrumenta Logica. Deinde cum Loci Topici  
sint sedes argumentorũ & propter ea argumenta unice  
ibi tradantur, sublati illis argumentis, Loci ij ampliò ad  
Logicã non pertinent: nullũ enim usum ad finem Logica  
asserunt.

## VI.

66. Ex quo deinde sequitur, analysin illorum ar-  
gumentorum etiam non esse Logicam, ita:

Quæ analysi non resolvit, q̄ ad Logicã per-  
tinent, ea analysi non est Logica. Sed ana-  
lysis argumentorũ Ramisticorũ non resol-  
vit, quæ ad Logicam pertinent. Ergo.

Analysi argumentorum Ramisticorum nõ  
est Logica. Ma-



Maior manifesta est: nam Analysis Logica inde nomen habet, quia ea quae in Logicis docentur, resolvit oculisq; subijcit, non alia. Minor firmata est precedenti syllogismo, quo ostensum, argumenta ea Inventionis non esse Logica; cum, doctore Ramo, ea argumenta ad falsum magis, quam ad verum comparata sint, id quod supra citatus locus luculenter docet.

## VII.

67. Fingunt deinde Ramista, se nudis iis locis Topicis sive argumenti textum scripti aut sermonis declarare ac thema sive summam illius monstrare posse, quemadmodum Stadius in centone suo Germanico cap. 12. scripsit, & à me in Respons. mea relatum est. Idq; ita perficiunt Ramista: quando è verbis textus jam cognoverunt, quid in textu aliquo dici possit Causa, quid Effectus, quid Subiectum, quid Adiunctum, quid Diversum, quid Disparatū &c. tum istos locos Logicos sive argumenta miscens textui & dicunt, ibi esse Causam, ibi esse Effectū, Subiectum, Adiunctū, Diversum &c. Illud postquam perpetrarunt, opinantur, se textum egregie declarasse themaq; seu summā illius rectius, quam per textum fieri potueris, monstrasse.

68. Rem ita sese habere, non aliunde melius quam ex futili eiusmodi analysi cognoscetur. Age itaq; ut pleniori obsequio Analyticum nostrum demereamur, integram analysin aliquam è centone istius Germanico adscribemus. Ea capite 15. ita luruperitis exhibetur: lib. 1. Institut. Iustin. tit. 1. handelt der Imperator Iustinianu in gemein de Iure 1. Eius causa justitia, derent Definitio wird gesetzt was die Berechtigkei sey/daraus das Recht entsteht/ 2. Adiuncto occupato, Iuripru-



ri prudentia, deren Definitio wird erstlich gesetzt/ was  
Juris prudentia sey/darnach *Causa instrumentalis* (NB)  
durch was Mittel die Jugend zu solcher Wissens-  
schafft des Rechts kommen könne/ nemlich daß  
sie erstlich eine kurze *Summam* oder *ideam juri* fasse/  
darnach alles vollkommener außstudire, welches  
weiter wird erkläret *Oppositione Contrarii*; wo man  
aber stracks im anfang ein *studiosum juri* mit  
vielen Dingen vberheuffe/so müße er entweder das  
*studium* fallen lassen/ oder mit viel grösser mühe  
vnd arbeit dasselbe *absolviren* als sonst. 3. *Fine*  
wohin das Recht in gemein gerichtet sey/ nemlich  
daß man ein Ehrbar Leben führe / den Rehesten  
nicht beleidige vnd einem jeden gebe was ihm ge-  
bühre. 4. *Distributione juri ex Subjectis*, daß das  
Recht angehe entweder das ganze Römische Rei-  
che vnd dessen Zustandt in gemein / daher es wird  
genennet *jus publicum*; oder ein jede *privat* Person  
in sonderheit vnd deren Nutz vnd Wolfahrt/ daher  
es genennet *jus privatum*. Vom *jure publico* wil  
er hie nicht handeln/sondern *de jure privato*; davon  
setzet er ferner *Distributionem ex Causis Efficientibus*,  
daß solches *jus privatum* dreyerley sey/ denn es sey  
genommen theils auß der Natur/daher *jus Naturale*  
entstehet/theils auß der Vernunft aller Menschen  
in gemein/daher *jus gentium*; theils auß der Sa-  
kung dieses Orts oder jenes Volcks in sonderheit/  
daher *jus Civile* kommen. *Sic habet analysis Statii.*  
69. *Nihil hic egisse illum, nisi ut nudos illos Locos*  
*seu argumenta Ramistica textui, insereret, textum eum*  
*inspicienti planum est. Quæro itaqz, num declaretur*  
ju-



justitia, quando illi apponitur notio cause & dicitur  
justitiam esse Causam. item quando Imperator Iusti-  
nianus dicit, quod justitia sit constans & perpetua  
voluntas jus suum cuiq; tribuendi, quæro inquam,  
num hæc rectius intelligantur, si analytici nostri declara-  
tio addatur & pronuncietur, hæc esse Definitionem.  
item, quando dicitur, quod juris prudentia sit divina-  
rū atq; humanarū rerū notitia justiatq; injusti sci-  
entia, quæro, num melius ista intelligantur, si illius de-  
claratio accedat, ac dicatur, hæc esse Adjunctum occu-  
patum. item, quando ab imperat. Iustiniano dicitur,  
his igitur generaliter cognitis & incipientibus  
nobis exponere jura populi Romani ita viden-  
tur posse tradi comodissimè, si primò levi ac sim-  
plici viâ, post deinde diligentissimâ atq; exactissi-  
mâ interpretatione singula tradantur, quæro, num  
hæc declarentur quando additur Causam instrumētale  
hoc loco poni. Item quædo dicit Imperator, alioqui si sta-  
tim ab initio rudem adhuc & infirmum animū  
studiosi multitudine ac varietate rerum onerave-  
rimus: duorum alterum, aut desertorem studio-  
rum efficiemus, aut cum magno labore, sæpe eti-  
am cum diffidentia (quæ plerumq; juvenes aver-  
tit) ferius ad id perducemus; ad quod leviore  
viâ ductus sine magno labore & sine ullâ diffi-  
dentiâ maturius perduci posset, quæro num ista fi-  
ant clariora, si addatur analytici declaratio & pronun-  
cietur, hæc esse oppositionem contrarij. Sequuntur  
juri præcepta, quæ sunt: honestè vivere: alterum  
non lædere: suum cuiq; tribuere. Quæro, num  
hæc declarentur, si apponatur ista declaratio & dicatur  
hic

hic a  
funt  
blici  
stat.  
rem  
clara  
distr  
est ip  
trip  
bus  
deni  
& d  
bus  
gatu  
nem  
inju  
7  
ribu  
Si ca  
guat  
priu  
syll  
mus,  
latu  
sed c  
nem  
la, or  
fret  
7  
subje  
illis



hic agi de fine, sequitur in titulo: hujus studii duas sunt positiones, Publicum & Privatum. Publicum jus est, quod ad Statum rei Romanæ spectat. Privatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet. Quæro, num hæc fiant clariora, si declaratio antagonista apponatur & dicatur hic agi de distributione ex subjectis. sequitur, Dicendum est igitur, inquit Imperator, de jure privato, quod tripertitum est: collectum est enim ex naturalibus præceptis aut gentium aut civilibus. Quæro deniq, num hæc declarentur, si addatur illius declaratio & dicatur, hic distributionem ex causis Efficientibus fieri. Hactenus analysis ista: quod si hic non nugatum est celeberrimus Analyticus (pag. 22. Discuss.) nemo unquam nugatum est: & tamen pro hisce nugis tam injuriosis propugnatis verbis, ut postea ostendetur.

70. Videamus nunc, quomodo suis illis absurditatibus in Discuss. hæc defensionem parat. Pag. 60. inquit: Si causa relatum est, necesse est, ut certi quid arguat, nempe suum correlatum, effectum. Ac prius est E. & posterius. Nihil ad rem facit illa syllogismus: nam certum illud de quo nunc discipulamus, non est affectio illa inter Causam & Effectum, Relatum & Correlatum &c. generalissimos istos terminos, sed certi nomine veniens contenta epistola, orationis &c. nempe quando dico Causa, Effectus &c. autum in epistola, oratione aliove scripto certi quid in Locis Top. monstratur, quemadmodum ex Aphorismis & Respons. me aliquos.

71. Mox pag. 61. Discus. quasi parum fidens prioribus subjungis, me illud negare non posse de argumentis illis ad exemplum applicatis: Etenim causam in scripto aliquo



aliquo propositam necessariò arguere suum Effectum V. G. in Psalmo primo, cum dico, *thema hoc: Pii sunt felices, impii miseri*, demonstrari *Causa Efficiente* divino scil. amore erga pios, irâ autem in impios, *nonne, hic Causa Efficiens dilectio Dei*, certi quid arguit, nempe felicitatem piorum? Sic ille.

72. Si ad rem faciant, qua hoc loco Stadius scribit, causam nempe in scripto aliquo propositam necessariò arguere suum Effectum, tum quando apponit ad textum istum hic est causa efficiens, necessariò arguetur, Ergo hic est divinus amor erga pios, irâ autem in impios, qua illatio est à genere ad speciem affirmativa, ita: Quodcundq; est animal, est homo.

Equus est animal E. Equus est homo. Dico, si ad rem faciant, qua hic de causa efficiente scribit Buscherus: nam Locis illis Topicis sive argumentis aiunt Ramista, textum declarari ac illustrari. Quod si verum est, omnino ab illis ad textum statuenda est aliqua illatio, qua alia non est, nisi à genere ad speciem affirmativa, ut, Causa Efficiens est, Ergo pater est, Causa Efficiens est, Ergo Architectus est, Causa efficiens est, Ergo dilectio Dei est, qua illationes omnes absurdissima sunt.

73. Si verò textus monstrat, qua sit vel causa vel effectus, vel subiectū vel adiunctū &c. ista Inventione Argumentorū seu locorum nihil opus est. Præterea quis tam illiteratus nimis rusticus est, qui, si dicatur, Romulum condidisse Romam, hic Causam Efficientē cum Effectu confundat & Romulū pro Effectu, Romā verò pro Causa Efficiente habeat? vel si dicatur, hominem esse doctum, qui subiectū & adiunctum non intelligat, doctri-

doctri  
nam  
des  
esse i

7  
illâ  
sum

Disco  
affec  
mod  
perst  
Prin

den

ter

rer  
est,

no

rem

per

per

fer

stin

lysi

con

ex

not

stol

au

du

sive



doctrinam inesse homini, non autem hominē esse doctrinam? Promitte tu rustico iriticum & solve deinde lapides, & vide, annon sine tua hac Inventione ista Diversa esse intelligat.

### VIII.

74. Capite 12. Centonius German. scripsit, analysi illā negatoriā sive Loci istius Inventionis thema sive summam scripti alicujus monstrari: nunc p. 31. & 48. Discuss. vult argumentis illis  $\sigma\chi\epsilon\sigma\iota\nu$  sive mutuam rerum affectionem seu relationem ostendi; p. 53. analysi istā modum differendi de rebus in scripto aliquo distinctō & perspicuē primum intelligi, Sed verba eius adscribamus. Primus locus ita habet: Sic in themate scripti ostendendo analysis & verba textūs concurrunt, dum termini Logici ostendunt  $\sigma\chi\epsilon\sigma\iota\nu$  & affectionem rerum, verba textūs ostendunt res in quibus illa est, Alter locus iste est: Argumenta Inventionis notant affectionem,  $\sigma\chi\epsilon\sigma\iota\nu$ , habitudinem rei, non rem ipsam: Tertius hic est: Etū res ipsæ ex textu per propria earum vocabula (NB) distinctē & perspicuē cognoscendæ sint, tamen modus differendi de rebus in scripto aliquo tū primū distinctē & perspicuē intelligitur, quando per analysin in lucem collocatur. Sic ille. Quod si sibi constare voles, nec qua ante scripsit subvertere, thema,  $\sigma\chi\epsilon\sigma\iota\nu$ , modus differendi de rebus, unū idemq; denotabunt Statio, ita ut pro argumento vel summa epistola aut orationū, dicere liceat, hac est  $\sigma\chi\epsilon\sigma\iota\nu$  epistola aut orationū, hac est affectio, hac est habitudo, hic est modus differendi epistola vel orationū. Deinde cum summa sive argumentū epistola vel orationū breviter indicet, &

C

epi-



epistola aut oratio fuscè persequitur,  $\sigma\chi\acute{\epsilon}\sigma\iota\varsigma$  verò ista non denotet rem ipsam, summa quoq; sive argumentum epistola vel orationis non denotabit rem ipsam, & tamen erit summa sive argumentum epistola vel orationis. Res monstrosa est analysis ista, quæ ejus absurditates omnes colligere potest!

Eandem tamen  $\sigma\chi\acute{\epsilon}\sigma\iota\varsigma$  & mutuam rerum affectionem discendam esse ex disciplinis, scribit in Instit. Log. lib. 1. c. 2. verba illius ibi hæc sunt: Quænam sit singularum rerum mutua affectio, discendum ex disciplinis, quibus sunt subjectæ & observatione exemplorum. Ita ille. Quod si verum est, uti est, quid prodest eo sine locis Topicis seu argumentis istis Ramisticis textui molestum esse?

#### IX.

75. Deinde falsissimum est, istis Locis Top. sive argumentis in textu,  $\sigma\chi\acute{\epsilon}\sigma\iota\varsigma$  aliquam monstrari, cum antè nullum argumentorum sive Locorum illorum Topicorum applicare possint resolutores illi, quàm  $\sigma\chi\acute{\epsilon}\sigma\iota\varsigma$  illam e verbis textûs alicujus cognoverint. Quod ut uberius adhuc intelligat human. Lector, repetemus tandem analysis eam psalmi primi David, ad quam toties provocat in Invektivis suis.

76. Thema illius, inquit, est, pios esse felices, impios infelices. Quæro, unde cognoscatur hoc esse thema illius. E verbis textûs absq; dubio Statius respon. v. debet. Quid igitur ostendunt loci illi Topicis?  $\sigma\chi\acute{\epsilon}\sigma\iota\varsigma$  sive mutuam rerum affectionem, ait Analyticus. Estne hoc verum? non est, utut hoc asserat ille: nam quando scribit, in hoc themate comparari dissimilia, inde non

in-



intelligitur, Ergo hic ista vel ista  $\sigma\chi\epsilon\sigma\iota\varsigma$  sive affectio est, quemadmodū debebat, si vera afferret. Sed quia ex verbis textus cognoscitur pios esse felices, impios, infelices, dici potest, hic comparari dissimilia. Prodestne ad textus declarationem, dicere, hic comparari dissimilia? Nihil. Pergo in analysi: illud thema, inquit, demonstratur Causā efficiente, hoc Enthymemate:

Deus pios diligit, impiis autem irascitur  
E. Pii beati, impii verò miseri sunt.

Vnde cognoscitur per causam efficientem hoc loco intelligi Deum? ē verbis psalmi. Vnde igitur  $\sigma\chi\epsilon\sigma\iota\varsigma$ , quæ est inter divinum amorem & pios, iram & impios, innotescit? itidem ē verbis psalmi; quemadmodū etiam tale Enthymema, quale posuit Statius, formari posse: quamquam in re manifesta Enthymemate opus non erat. Pergo, Consequens hujus Enthymematis primo loco tractatur. Initio quidem comparisonis illius protasis: pii sunt beati, ita ut subiectum hujus axiomatis describatur 1. ex remotione disparatorum trium, quod non ambulent in consilio impiorum, non insistant viis peccatorum, non sedent in cathedra irrisorum. 2. ex effectis duobus, quod delectentur lege Dei, quod de ea affiduè loquantur noctu & interdium. Quæro, unde cognoscat Analyticus protasin illius Enthymematis primo loco tractari, subiectum illius enunciationis describi ex remotione trium disparatorum & duobus effectis: ē verbis psalmi absq; dubio respondebit. Vnde dein affectiones sive  $\sigma\chi\epsilon\sigma\iota\varsigma$  illas inter Locos istos Topicos respectu textus itidem ē verbis psalmi. Si verò Locus Topicis illud sit, monstrat Buscherus, quā ratione id possibile sit.



77. *Sed pergo:* Consequens pars protasis (beati) describitur 1. Comparatione similium contractâ, quod similes sint arbori 1, ad rivos aquarum plantatâ 2. afferenti fructum suo tempore 3. foliis suis non marcescenti 2. Adiuncto felici successu eorum, quæ gerunt. *Hic iterum quæro, unde cognoscat ille, consequens protasis describi comparatione similium contractâ & Adjuncto? Et verbis tertius dicet, si verum dicet. Unde oratoris argumentorum respectu textus? sine controversia inde, unde hic comparationem similium & adjunctum esse, illi innotuit.*

78. *Pergo:* Hactenus protasis: Antapodosis comparationis declaratur 1, per remotionem disparatorum quod tales non sint impii 2. comparatione similium contractâ, quod sint velut paleæ ventis agitata. 3. adjunctâ penâ, per remotionem duorum disparatorum indicata, quod coram judicio Dei non possint consistere. Quibus tandem subiicitur antecedens En thymematis, quod causam Efficientem istorum continet, quia novit Deus viam justorum; impiorum autem via perit. *Hic deniq; quæro, unde Analyticus cognoscat antapodosin comparationis declarari per remotionem disparatorum, comparatione similium contractâ & adjuncto per remotionem duorum disparatorum indicato; quod antecedens enthymematis causam efficientem contineat? Verbis Psalmi ista omnia monstrari, sicut etiam oratoris illas argumentorû ad textum, tam clarû est, quam calum, quando sudum est.*

79. *Con.*



79. Conserat jam lector humaniss. ineptias istas  
analyticas cū textu & perpendat, nū applicatio illa Lo-  
corum Topicorum vel ullam  $\sigma\chi\epsilon\acute{\sigma}$  i vibi ostenderit, quam  
verba psalmi antè non monstrarint, vel alias in textu  
quicquam declararit, quod sine eis intelligi è textu non  
potuerit. Deprehendet certo non solum ridiculè illos  
Locos Top. textui ita misceri, sed etiam illud sine omni  
prorsus utilitate fieri, ut non injurià de fictitia illa ana-  
lysi usurpetur illud Lucillii: Pergula pictorum, verè  
nihil, omnia falsa.

X.

80. P. 34. Discuss. rodit thes. meam 21. Respons.  
in qua ita argumentatus sum.

Si verba textus ostendunt thema, non opus  
est (NB) EORINE analysi Ramisticâ. Sed  
verum est prius. Ergo & posterius.

Analyticus hic primò immutat majorem propositio-  
nem Syllogismi mei, & ait: si verba textus etiam ex-  
pressè & distinctè ostendunt thema, nihilominus  
analyti opus est, ut ostèdat tractationè thematis,  
secūdū præcepta Logica. Ita ille. Quid verò respōdit  
ad Syllogismum? nisi  $\sigma\chi\epsilon\acute{\sigma}$  è  $\Phi\alpha$  profuerit homini, nihil.

90. Deinde hoc loco  $\epsilon\kappa\tau\acute{o}\varsigma$   $\sigma\pi\acute{o}\mu\alpha\varsigma$   $\Phi\acute{\epsilon}\rho\epsilon\tau\alpha\iota$  ac ad  
heterogenea delabitur, quod non postremum Sophistarū  
 $\chi\rho\upsilon\sigma\tau\acute{o}\nu$  esse tradit ipse lib. 2. Instit. Log. c. 17. Et-  
enim non est quæstio modò, num analytica ista nugæ  
tractationem thematis secundum præcepta Logica osten-  
dere possint, sed an valeant thema sive summā scripti  
monstrare, ut ex præcedentibus liquet. Illas quæstiones,  
ut multa jura coquus, turpiter confundit. Tertiò cor-  
rupit mihi meum syllogismum, dum omisit verba hæc EO



**FINE**; qua, cum consequens determinans, maximè ad rem faciunt. Quarto falsissimum est in re manifestâ Logicis locum esse, ut ex fine Logica apparet.

91. Subjungit deinde tres Syllogismos, quibus robur syllogismi mei se infringere posse sperat, æquè absurdos atq; analysis ipsa est; & pariter reticet in iis verba illa, **EO FINE**, ut in meo fecit Syllogismo.

1. Si verba textûs in oratione aliove scripto ostendunt Genus Causæ, argumenta, tropos, figuras, non opus est analysi Rhetoricâ vestrâ. Sed verum est prius E. & posterius. Negatur major: nã cum Genera Causarum, Tropi, Figura, argumenta (cave Ramistica intelligas) &c. in Rhetoricis doceantur, eorum ostensio ope textûs fit per analysin Rhetoricâ: illa verò analysis non instituitur ob textûs declarationem aut thematû seu summæ monstracionem, sed ut juvenus videat, quomodo præcepta Rhetoricæ adhiberi debeant: secùs se res habet de themate seu summa scripti aut orationis eiusq; tractatione: nullû quippe thema seu summa scripti aut orationis in Logica docetur, nullaq; thematis eiusmodi tractatio: Logica n. ut in rebus dubiis veritatem perspicere queam, unice observata est Loci a. Topici si ve argumenta eæ Invent. tum demû à Ramistis adhibentur, quando thema seu summa è verbû textûs jam est cognita.

92. 2. Si verba textûs ostendunt vocum generum, casus, personas, tempora, declinationem, constructionem &c. non opus est Grammaticâ analysisi. Sed verum est prius E & posterius. Nego maiorem: nam ista in Grammaticis docentur, ideoq; ope textûs analysis Grammatica ea ostendit, q; de themate seu summa scripti aut orationis, q; ea in Logica doceatur, falsissimû est. proinde nihil contra meum Syllogismû etiã hic allatum est.



93. 3. Si verba auctoris ostendunt syllogismū,  
non opus est analysi Logicā Cornelianā. Sed  
antedecens est verum. Ergo & consequens. Falsa  
itaem est major propositio; nam syllogismus quidem  
proponitur verbis auctoris, sed examinatur analysi Logicā  
rectenē an malē concludat formaliter; deinde Apo-  
dicticus, an Topicus sit Syllogismus, quia Syllogismus  
eiusq; natura docetur in Logica. Itaq; resolutio illius  
itaem est Logica, non alterius disciplina, ut intelligatur  
bonum nē, an malus sit. Nihil iterum pro destruendo meo  
syllogismo allatum est. Manet igitur ad ostendendum  
thema sive summam scripti aut orationis Loci illi Topic.  
seu argumentis Invent. nihil planē opus esse: neq; id  
præstare possunt, ut supra probatum est.

94. Pag. 43. & seq. somniat Buscherus, me sibi tri-  
buisse, quod statuat per futilitates analyticas istas thema  
seu summam scripti alicujus melius & clarius intelligi,  
quàm per vocabula rerum. Pro eo figmento ex Apho-  
rismis meis duo adducit loca. Prior est Aphor. 9 & ita  
habet: Si Inventionis argumenta ista rem ita per-  
spicue significant, ut Ramei volunt, neq; propria  
rerum vocabula ipsum faciunt, ut nos docemus,  
quare non nudè posita & reliquis vocibus terris  
non admixta idem faciunt? Humanis. Lector, quan-  
do hisce quero ex Ramistis, quare extra textum Loci illi  
Topic. non possent ostendere thema seu summam scripti,  
& responsionem ad hæc postulo, tribuonē tum Statio, q  
Statuat analysi istā inutili melius & clarius thema seu  
summam scripti intelligi, q̄ per vocabula rerum, sicuti hic  
mibi assignit? Cum nihil inveniatur, q̄ respondeat, potius  
quidvis allinere chartis voluit, quàm veritati cedere.



*Alter locus est Aphor. II. ubi contra Logicam analyfin, falso sic dictam, ita argumentatus sum: Si argumenta Inventionis demum evidenter monstrant thema sive summam scripti, nec propria rerum voces, quibus ab autore profertur, id possunt, sequitur, ea argumenta magis esse in usu apud populum populoq; familiariora, quam illæ. At consequens est falsum. Ergo & antecedens.*

*Majoris connexio certa est: nam propterea precepta Logica Rami clara & perspicua esse tradit Buscherus cap. II. Centonis Germanici p. 144. quod ea desumpta sint ex communi & naturali usu loquendi, seu ut Ramus scribit, quod constant nominibus & verbis, quibus populus utitur, lib. 8. Schol. Dial. cap. 3, lib. 11. Schol. Dial. cap. 3. Itaq; si loci illi Topici seu argumenta Invent. ostendunt thema explicitè, quod implicitè ostendit textus, ut pag. 34. Disc. loquitur, vel evolvunt thema, quando involutum est in scripto, ut ait pag. 30. Discuss., tum tertè loci illi Topici sive argumenta Inventionis magis erunt in usu apud populum populoq; familiariora, quam voces, quibus scriptum aliquod constat. nam quò quid magis in usu apud populum est, eò notius illi est, & contra, quò quid minus apud populum frequenteratur, eò ignotius quoq; illi existit.*

*Minor syllogismi probatur experienciâ, principio illo toties à Ramo in Scholis Dial. repetito. Etenim nomina locorum Top. seu argumentorum Invent. magis esse in usu apud populum populoq; familiariora, quam propria rerum voces, quibus scriptum ab autore exhibetur, pugnat cum sensu & experienciâ: inspiciantur salte*

*ana-*



analyses ista, quas supra posuimus ex Centone ipsius  
Germ. Falsum igitur quoque manet antecedens syllogismi,  
nempe argumentis Invent. demum evidenter monstrari  
thema sive summam scripti. Iste est meus syllogismus  
ejusque confirmatio.

95. Iudicet etiam hic humaniss. Lector, num An-  
tagonista Syllogismo illo tribuatur, quod doceat analysi  
Ramificata melius & clarius ostendi sensum orationis,  
quam verbis textus. Imò ex falso isto & absurdo con-  
sequenti, quod consequitur ad antecedens, subverta ante-  
cedens, nempe locis illis Topicis seu argumentis Invent.  
thema seu summam scripti demum evidenter non mon-  
strari, cum ex vero, bona forma, non nisi verum  
sequatur: falsum autem non nisi ex falso colliga-  
tur, ut habent regulae Log.; similiter reliquis meis syllo-  
gismis ad Tab. Rhetoricis concludo, ut videlicet ex ab-  
surditatibus, qua ad hypothesin illam Buscherianam, qua  
est, Analyti Logica ostendi & declarari thema si-  
ve summam scripti &c. sequuntur, intelligatur, fal-  
sam & absurdam illam esse, per easdem illas Regulas  
Logicas. Pervertit itaque hoc loco meam sententiam, ut  
cuderet sibi occasionem calumniandi vitiligator.

96. Pag. 30. Discus. inquit, analysis per no-  
tiones Logicas ostendit thema scripti è lectione  
ipsa observatum & jam erutum & seorsim collo-  
catum: textus ipse etidem ostendit thema, sed  
adhuc involutum scripto &c. Ut veritas dictorum  
appareat, proponam ipsi textum, in quo est thema invo-  
lutum, ut illud nobis è lectione per suam analysin seu lo-  
cos Topicos observet & ostendat: haec enim non nisi  
manifestos textus argumentis iis turbavit. Et quidem



blici juris facere; Rectori verò scholæ Hildesb. non licuisse Analyticum hic ineptientem publice monstrare. Quæcum legerem, venit mihi in mentem, quod apud Plutarch. in apophth. est: Chii Spartam profecti, cum à cœmain Ephoreio vomissent oletumq; fecissent in sellis Ephorum. principio inquisitum acriter est in autores facinoris, si fortè cives essent. Sed ubi senserunt Ephori, Chios fuisse, dixerunt publicè, Chiis permissum esse turpiter agere. Ecquid aliud noster ille cupere videtur, quàm ut & ipsi privilegium concedamus huiusmodi: Statio permissum esse ineptias publicare hisq; imperitæ iuventuti imponere sine cuiusquam contradictione.

99. Ad th. 30. Resp. mea ne nihil di. at, pag. 29. ait, me non legit me negasse enunciationem, & seq. quam sumpsissem impugnandam: Verùm obli. Discuf. tus est preceptoris sui Rami scribentis Omnino insanire eum, quide re probatâ cap. 2. p. 96 & confessâ differat lib. 8. Schol. Dial. c. Probare igitur vult 3. Noverit igitur vitiligator brevitate gatur vult causâ contradictoriam à me eo loco non esse analyfi Log. positam, quum & ex aphorif. meus ipse illam gicâ nõ ostendi the. in Disquisit: posuerit, & ex th. 2. Respons. ma alicujus mea, ut & ex hac, quam rodit sine negotio scripti. & c intelligatur. Et ut videat human. lector pe- vitiam hominis in contradicendo. lib. 1. Instit. Logic. c. 16. Consect. & observ. 3. Sequentia exemplo Contradictionis posuit:

Quod scriptum est, non est non scriptum

Quod factum est, non est non factum.

Nempe

textu  
nulo  
ual  
mun  
thii a  
misy  
dasm  
phul  
vide  
esse,  
textu  
& d  
dent  
scrib  
min  
suo o  
97  
ce pu  
pend  
syno  
wen  
tuta  
edid  
naly  
brev  
scrip  
ritat  
or sc  
&  
scho



textum eum dant verba Hannonis apud Plautum in *Pa-*  
*nulo* Act. 5. ubi Pænus ita verba facit: Ny thalonim  
ualon uti si corathissima consisti, chim lach, chunyth  
munys tyalmzēlibari imischi, liphocanet hyth bimi.  
thii ad edin bynuthii. Byrnarob syllo homolonim vbi  
misyrhoho Bythlym mothym nothobii nelechanti  
dasmachon Tsfidelebrim tyfel yth chylys chon, tem li-  
phul, uti bynim ysdibus thinn chut nu etc. Reliqua  
videantur apud Plautum. In hisce verbis puniceis thema  
esse, Buscherus non negabit, sed involutum est in verbis  
textus illud thema: ipse ope analyseos sua id nobis evolvit  
& distincte ostendet. Quod si fecerit, tum ego & applau-  
dentium caterva illa, quam memecum trahere se nosse  
scribit pag. 4. Discus. fidem verbis ipsius habebimus: sin  
minus, sibi et ἀναλύσει suis valde obsuerit, de quo Ramo  
suo olim responderit Analyticus.

97. P. 16. Discus. scribit, se prius à me scripto & vo-  
ce publicè & privatim gravatū esse. Human. Lector per-  
pende candorem huius hominis. Buscherus Anno 1625. cū  
synopseos Theolog. p̄fationem & Christliches vnd noth-  
wendiges Bedencken etc. in vectivas istas in benè consti-  
tutas scholas, preceptores earum & bonos scriptores etc.  
edidit. Ego ex German. centone duntaxat nugas ipsius a-  
nalyticas Anno 1628. aphoris. ad Tab. Rhetor. iuventuti  
breviter ostendere cepi, ac monui, ut vitaret istius generis  
scripta, nisi lexioni similis umbram pro re, errorem pro ve-  
ritate amplecti velit. iam human. Lector iudicet, uter pri-  
or scripto & voce publicè, & privatim alterum gravavit.

98. P. 19. & 20. Opinatur autor Discus. sibi adhuc  
schola Hannover. Rectori licuisse analyses istas futiles pub-  
licè



nempe scriptum, & non est non-scriptum, factum, & non est non-factum. Statio sunt contradictorii termini, cum unus illorum ad alterum consequatur: certe si verum est aliquid esse factum, verum quoque est, aliquid non esse non-factum, si verum est aliquid esse scriptum, verum quoque est, aliquid non esse non-scriptum & contra. Nam ad terminum finitum affirmatum sequitur infinitus negatus &c. ut Omnis homo est animal, Ergo omnis homo non est non-animal, quidam homo est doctus, Ergo quidem homo non est non-doctus. Deinde si sit contradictio terminorum, idem terminus affirmetur & negetur, quod hic non fit: nam affirmatur finitus & negatur infinitus, ut exempla illa docent. Pessimè itaque in exemplis contradictionem suis discipulis declaravit Analyticus.

100. pag. 38. & seq. Discus. conatur syllogismum meum th. 2 I. Respons. mea solvere, sed ita, ut sine commiseratione vix ea resolutio legi possit. Syllogismus meus ita habet: Si termini analytici animantur, vim & quasi animam accipiunt à verbis textus, non possunt illi termini ostendere, quod verba textus non ostendunt. Sed verum est antecedens ex opinione Rami & Statii. Ergo & consequens. Major patet, quod alias plus poneretur esse in effectu, quam in causâ, quod absurdum est.

Hic loco responsionis ait, verè Ramum dixisse, artis Logicæ præcepta animari analysi, cum ex observatione exemplorum præcepta artis nata sint. Sed quid ista ad nostram Andromachen? itane syllogismo proposito satù sit? Hic oculos Antagoniste veritas ita perstrinxit, ut nihil contra eam comminisci potuisse videatur: Et enim quàm fidat sue illi responsioni statim  
osten-



ostendit: Si verò, inquit, ad illam simplicitatem naufeas. (omnino hic nasum habuit Staius, quia valde simplex, imò absurda est illa simplicitas) age loquere & senti cum tuis ex medio Peripato.

Quid dignum tanto feret hic promissor biatu?  
Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Quid enim? Subjungit, notiones secundas & ex<sup>o</sup>ciiv suam verè in rebus esse ac etiam thema, ostendere: nam quicquid est in causa, quatenus causa, inquit, id suo modò etiam in effectu sit necesse est, in quantum ejus causæ effectum est. Hac ille, Human, lector solvitne Staius illum syllogismum meum? si quidem dicere aliquid, licet id nihil ad rem faciat, sit solvere syllogismum, etiam Staius hic quid dixit, at nihil planè ad rem dixit.

101. Pag. 54. Discus. Arbitratur Analyticus, me male scripsisse ex sententia Peripateticorum, quando posui th. 25. Resp. meæ, notiones Logicas primas & secundas. Verùm quàm malè versatus sit in Peripateticorum scriptis indicio hoc clarè prodit. Etenim Prædicamenta & multos è Locis Topicis primas esse notiones, non secundas, tradiq; in Logicis, licet non primariò, sed secundariò, suprà ostensum est. Proinde non sunt mira, sed vera, quæ de notionibus primis & secundis Logicis afferro, sed noster ille absurdus est, qui notiones primas & secundas turpiter confundit, ut in præcedentibus satis superq; demonstratum.

102. Pag. 82. Discus. Augustini verba contra Categorias sive prædicamenta affert, sed Ramista non intelligit, sanctiss. Patrem non usum eorum, verùm ab usum damnare, quemadmodum Rey. & Clarissimus Conradus

Hor-



Horneius in Processu Disput. cap. 2. prolixè ostendit, idè non solū de Augustino, sed reliquis etiam Patribus, quando invehuntur in Dialecticam, qui videatur. Abusus verò non tollit rei substantiam, cum omnium rerum esse possit, præter virtutem, ut est apud Philosophum 1. Rhetor. cap. 1. Similia leguntur apud B. Augustinum l. 2. de lib. arbitr. cap. 19. Exemplo esse potest ipse adversarius meus: ejus ingenium quidem non pessimum est, sed quomodo eo arbutatur, id docent injuriosæ pagina, quas in lucem emisit.

## XI.

103. Denig<sup>3</sup> humanis. Lector, ut Buscheriana doctrina fructus, ac medios terminos, quibus in ista Discuss. certat, cerneres, ab instituto hoc non esse alienum existimavi, si præcipuos huc apponerem: Omnes enim runc quidem non est necesse. Vide autem quid humanitas & christiana pietas Censoris nostri fecerit. Ego Si-azium Aphorism. meo 13. vocaram Rameum magni inter suos nominis, pro eo p. 95. Disquisit. me appellas Ramisimum: p. 96. Pavonem etc. imò nulla propè ibi est pagina, quæ fædos ipsius mores non exprimat.

104. p. 3. Discuss. scribit, me esse hominem exteræ seu impudentiæ seu imperitiæ: p. 7. 13. 78. Diabolum: p. 8. ἀδελφον: p. 9. in Diabolicæ impudentiæ & perversitatis officinâ edoctum: p. 13. Cryptosophistam, impium, malitiosum calumniatorem: p. 18. Satanæ mancipium & Diabolicâ calumniandi libidine ardere: p. 17. 25. 44. 56. 70. Sophistam: p. 17. Calumniatorem: p. 21. hominè profanæ mentis: p. 22. Herostratum ( forte quia templum Buscheri analysicum combusti ): p. 24. Sy-

co-




cophantam : p. 33. Superciliosum sophistam : p. 47.  
Malitiosum calumniatorem : p. 48. Cain : p. 49.  
Versutum & solertem quadruplatorem : p. 72.  
Ridicularium sophistam : p. 16. de secta irrisorum  
novissimi temporis : p. 81. Achab : p. 83. Inflatam  
Diaboli Simiam : etc.

105. Sic loquitur Buscherus : & tamen pag. 83  
Discuss. negat hanc Buscherianam linguam esse : imò in-  
quit Diaboli spuma est : idq̄ non prorsus male : etenim  
si Draco ille infernalis, humani generis insensissimus ho-  
stis, in aliquem injuriosa exspueret verba, censeo ipsum si-  
bi convenientiore linguâ uti non posse, quam quâ hic usus  
est iste. Et quod majus est, istam injuriandi impiam licen-  
tiam, tanquam licitam, sacrosancta scriptura auctoritate  
stabilire non veretur pag. 80. Discuss. Quid tandem  
futurū rerū, si pastor iste dogma illud multitudini persua-  
deat, nec impietati matur. os obturetur? Verum hæc viris  
cordatis ac prudentibus cura fore, equidem spero.


106. Quod ad me attinet, scio illa spumosa emblemata,  
quæ hic & in Disquisit. suâ emisit ingenti copiâ, in me  
non inveniri aut notari; scio etiam omnes bonos, qui me  
norunt, ita de me judicare. Contrâ autem cum Bu-  
scheri spurce spumantem animum nobis ista recludant a-  
deoq̄ istum, ex quo tetra manant, luculente ostendant,  
iste sibi spumosa illa emblemata habeat, ut utatur, frus-  
tur, ita quidem, ut omnium bipedum sic spumantiū infe-  
licissimus ac turpissimus perhibeat, idq̄ tam diu, donec  
ista, quæ falso in me congescit, mihi inesse verè probave-  
rit; quod in aeternum non prestabit. Sic finio spumantē  
illam vel potius mephitim auctori suo remitto, de quâ  
aliquando rationem reddet.






































C 4833 3

ULB Halle

3


005 307 007




W 17












B.I.G.

Farbkarte #13



M. Erici Mülleri, alias  
Wolberti, Schola veteris  
Hildesie p. s.

RECTORIS

# REFUTATIO

*absurda ac iniuriosa*

## DISCUSSIONIS

DE ANALYSI LOGICA,

M. Statij Buscheri, Pastoris  
Hannov.



HILDESIAE  
Typis Joachimi Göffelij  
M. DC. XXXVI.